

Deuteronomium

87

morei sanir: omnes ciuitates que sicut
sunt in planitie et uniuersam terram gala
ad et basan usque ad selcha et edrai ciuita
tes regni ogi basan. Solus quippe og
rex basan restiterat de stirpe gigantum.
Et monstratus lectus eius ferreus qui
est in rabath filioꝝ ammon: noue cubi
tos habens longitudinis et quattuor la
titudinis ad mensuram cubiti virilis ma
nus. Terramque possedimus tempore illo
ab aruer que est super ripam torrentis ar
non usque ad mediam partem montis gala
ad et ciuitates illius cedi ruben et gad.
Reliqua autem parte galaad et omnem ba
san regni og tradidi medie tribui ma
nasse omnem regionem argob. Cuiusque ba
san vocabatur terra gigantum. Jair filius
manasse possedit omnem regionem argob
usque ad terminos gessuri et machari. Co
cauitque ex nomine suo basan anothair.
Id est villas iair usque in presentem diem
Nabit quoque cedi galaad et tribubus
ruben et gad dedi de terra galaad usque
ad torrentem arnon medium torrentis et co
finium usque ad torrentem ieboc qui est ter
minus filioꝝ ammon et planitie solitu
dinis atque iordanem et terminos cenerub
usque ad mare deserti quod est salissimum
ad radicem montis phasga contra orientem.
Precepitque vobis in tempore illo dicens: Do
minus deus vester dat vobis terram hanc
in hereditatem: expediti procedite fratres ve
stros filios israel omnes viri robusti abs
que vxoribus et paruulis atque iumentis.
Noui enim quod plura habebatis pecora et
in verbis remanere debebunt quas tra
didi vobis: donec requies tribuat dominus
fratribus vestris sicut vobis tribuit et pos
sideant ipsi etiam terram quam daturus est
eis trans iordanem: tunc reuertetur vnus
quisque in possessionem suam quam dedi vo
bis. Josue quoque in tempore illo precepit dicens
Oculi tui viderunt que fecit dominus deus noster
duobus his regibus: sic faciet omnibus
regibus ad que transurus es. Ne time

as eos. Dominus enim deus vester pug
nabit pro vobis. Precatusque sum dominus
in tempore illo dicens: Domine deus
tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudi
dine tuam manumque fortissimam. Neque enim
est alius deus vel in celo vel in terra qui
possit facere opera tua et comparari forti
tudini tue. Transibo igitur et videbo terram
hanc optimam trans iordanem et mon
tem istum egyptum et libanum. Iratusque est
dominus mihi propter vos: nec exaudivit
me sed dixit mihi: Sufficit tibi: nequa
quam ultra loquaris de hac re ad me. Ascende
de cacumen phasge et oculos tuos circu
fer ad occidentem et ad aquilonem austrum
que et orientem et aspice. Hec enim transibis
iordanem istum. Precipe iosue et corrobora
eum atque conforta: quia ipse precedet
populum istum et diuidet eis terram quam
visurus es. Mansimusque in valle con
tra phanum phogor.

C. III.

Et nunc israel audi precepta et
iudicia que ego doceo te ut fa
cias ea viuas et ingredies pos
sideas terram quam dominus deus pa
trum vestrorum daturus est vobis. Non
addetis ad verbum quod vobis loquor:
nec auferetis ex eo. Custodite mandata
domini dei vestri que ego precipio vobis.
Oculi vestri viderunt omnia que fecit do
minus contra beelphegor: quomodo con
triuertit omnes cultores eius de medio
vestri. Vos autem qui adheretis domino
deo vestro viuatis uniuersi usque in pre
sentem diem. Scitis quod docuerim vos pre
cepta atque iustitias: sicut mandauit mihi
dominus deus meus: sic facietis ea in terra
quam possessuri estis: et obseruabitis et
implebitis opere. Hec est enim vestra
sapientia et intellectus coram populis: ut
audientes uniuersi precepta hec dicant:
En populus sapiens et intelligens gens ma
gna. Hec est alia natio tam gradis que
habeat deos appropinquantes sibi: sicut